

Veri Sacerdotis symbolum. Capilli cardidi denotant prudentiam, & cogitationes mandas: Podes vestis usque ad iulos, coelestem vitam cum perseverantia usque ad finem vite: Zona aurea p. accingebatur aa mammillas, quia tota eius vita debet esse circumdata multa charitate salutis a iorum. Septem stellas habet in manu dextera; quia septem Sacramenta administrat, cum eis que confert gratiam sanctificantem, septemque Spiritus sancti dona. Vox illius instar aquarum multarum, v. x. est absolutio Sacramentalis, quae tanquam aquae multae mundat conscientiam, & extinguit incendium aeternae damnationis. Et gladius de ore eius ex utraque parte acutus, virtus est Sacramentalis absolutio, cuius virtute diaboli confoditur potestas. Et recte ex utraque parte acutus nominatur, quia ut ait S. Antonius, Confessio acta, vel Confessor acutus debet esse, ut totaliter, ac radicitus omnia peccata carnalia, vel spiritualia valeat amputare, ne suggestionibus suis valeant iterum pillulare. Oculi tanquam flamma ignis, omnia aspicientes zelo honoris Dei, & non proprio commodo.

621.

Sacerdos in confessione rimatur conscientiam poenitentis. Ezech. 1. D. Isidor. Pelusiot.

622.

Sacerdos sua probitate multis virtutibus transiunt in alios.

Num. 35.

Facies eius lucens, veluti splendidissimus sol. Et sicut sol omnia penetrans rimatur, & lustrat suis radiis, sic & confessor suae prudentiae, ac eruditionis radiis abditas latebras conscientiae poenitentis rimatur, & scrutatur, ut salutarem medelam valeat adhibere. Quatuor illa animalia quae currum Dei circumferebant, eique ministrabant, de eis ait Ezech. 1. n. 18. & 10. n. 12. Totum corpus oculis plenum in circuitu. Quod de Sacerdotibus interpretatur D. Isidor. Pelusiot. lib. 1. Epistola 151. Dei Sacerdos, quoniam ad Deum appropinquat, animalium illorum multis oculis praeceptorum in morem, omni ex parte oculis esse debet eorum instar, nihil nescius. Facies eius, sicut sol lucet in virtute sua. Sol tunc lucet in virtute sua, quando suo calore, sua luce ac benignitate multas influentias infundit in terram. Ita Sacerdos in populo, sua prudentia probitate, ac admonitione, multas virtutes transfundat in aliorum animos. Iussit Deus omnia, ut sex urbes refugii, ad quas homicidae se reciperent, in Tribu Levitica consti uerentur: De ipsi autem oppidis, quae Levitis dabitur, sex erunt in fugitivorum auxilia separata. Numer. 35. n. 6. Ac cur non aliis potius in tribubus locabantur; ut vel ex eo congruentius videbatur, ne cum sacris hominibus, profani immiscerentur? Oprimè Paulo de sacrificiis Abelis, & Caini, ad finem, sic ait: Dicendum, inquit, bonum virum mali esse redemptorem. Itaque merito peccatores ad Sacerdotes veniunt, ut purificentur. Ac si diceret; ideo peccatores ad solos Sacerdotes confugere videbantur, ut delinquentes, eorum influentiis scilicet, suo exemplo documento, ac doctrina, & consilio mitelescerent, ac meliores fierent.

Ap. 1. n. 7. Et cum viderem eum, cecidi ad pedes eius, tanquam mortuus; & posuit dexteram suam super me, dicens; noli timere, ego sum primus & novissimus.

VERSIONES.

Arabic. Imposuit mihi manum suam dexteram; ego sum primus, & ultimus. Tigurin. Arias. Posuit dexteram suam manum dicens mihi. Pagnia. Ne time; ego sum ille primus, & ille ultimus. Syrus. Noli timere. D. Cyprianus. Noli timere. Mariana. Principium, & finis.

EXPOSITIO XIII.

ET cum viderem, scilicet, tam horribilem Christi visionem, oculos tanquam flammam habentis; gladium ore vibrantis, & voce horribili tonantis, Cecidi ad pedes eius tanquam mortuus: Partim ex reverentia, partim ex multo pavore concepto, non ut verè mortuus, sed quasi exanimatus, non ut pedes eius, veluti in terram cecidi ut de daniel dicitur 8. n. 18. Et posuit dexteram super me. Hoc est, erexit, corroboravit, ac confirmavit me, prae timore, ac stupore collabentem, ut de daniel dicitur citato loco: Collapsus est, & tenuit me in gradu meo. Et subiit textus: Ego sum primus, & novissimus. Ego sum Alpha & Omega, ego sum principium, & finis: ac si dicat; ego sum omnium deus, creator, ac conservator, & haec sunt propria epitheta Dei, ac si dicat: Ego sum Alpha, & Omega: principium, & finis. Ut patet ex supra dictis versic. 8. & ex Isai. cap. 44. num. 6. & cap. 48. num. 12. & de his latius in questionibus.

QUESTIO LXXI.

Quare Ioannes tanto timore perterritus cecidit?

GENUINA, & litteralis ratio est quam dedi in expositione, quia Ioannes magno tremore ac trepidatione, ex tam horribili visione, ut iam dixi in expositione, quasi exanimatus, corruit, ac cecidit, Hoc etiam accidit danieli 10. n. 9. & Christi Apostolis in Transfiguratione, Matt. 17. num. 6. Unde dominus nunc nostro Joanni occurrit, ipsumque erigit, dicens: Noli timere. Ita Andreas, Aretas, Rupertus, & alii.

Secundò Joachimus abbas: Quare cecidit, tanquam mortuus? Quia qui priusquam ista conspiceret, stare se in iustitia culmine, quasi Christi Discipulus, & dilectus praeceteris, praesumebat; ubi divina claritate luce, & iustitiae splendore perfusus est; quidquid sibi de ipso complacuit, despicit, unde & quasi mortuus ad pedes Domini cecidisse dicitur, quia nunquam melius tenebras suas mens humana disjudicat, quam cum divina Sapientia lucem, & iustitiam, quae deus est, veritatem agnoscit. Joan. huc usque firmus

Quandò quis magis divinam celsitudinem agnoscit, tanto magis suam vilitatem intelligit.

mus stabat: & tamen nunc cadit: & quomodo? Nonne visa eleganti facie alicujus, in illius intuitu delectatur? Cur ergo Ioannes videns cadit? Quando quis magis penetrat, ac cognoscit divinam celsitudinem, tanto magis in illa, tanquam in speculo, intuetur suam exiguitatem, ac vilitatem; ex quo tanto rubore confunditur ut ad mortem pervenire videatur. Ecce cur Ioannes imperfectorum personam agens, videns radiantem Christi faciem, instar solis splendidissimam, tanquam exanimatus cadit. Quò enim plus de divina pulchritudine agnoscitur, eò plus ad ejus aspectum se indignam agnoscit humana mens; quod pergens confirmat cit. Joachim, idcirco Beatus Job, qui contra iudicem Deum, tam multa ex persona tentatorum objecerat, à cap. 3. Anania voce Domini, obmutescit, & ait: Anatu oris anitui te, nunc au em oculus meus viciat se. Idcirco ipse me reprehendo, & ago poenitentiam in favilla, & cinere Job. 42. num. 5. Ac si dicat, multa de gloria ac maiestate tua, fama, ac auditu, acceperam; sed nunc cum te praesentem video, multò magis sum commotus, & ad conspectum tuum omnia mea peccata, etiam levissima, tanquam atomos ad solis radios, intueor; neque maxime inquinatum intelligo. Sic eundem locum interpretatur D. Gregor. lib. 35. Moral. cap. 2.

Job. 42.

D. Gregor.

626. Purissimus justus ad conspectum extremi iudicis contremiscit.

Richard.

Tertio. Vidit Ioannes hic Christum in habitu, & forma iudicis; vocem ejus terribilem, ut aquarum, oculos prae ira ignitos, tanquam flammam ignis, ex ore ejus exeuntem gladium ex utraque parte acutum, significantem sententiam punitivam & condemnativam damnatorum: Ite maledicti in ignem aeternum, ut explicavi sup à quest. 67. & 68. Et haec videns Ioannes, prae timore vehementi tanquam mortuus cecidit: Nonne Ioannes in magno sanctitatis apice versabatur: Ipse enim erat virgo, purus, sanctissimus, & Apostolus Domini dilectus, ac singulariter dictus Filius Virginis; & tamen videns quandam formam, ac similitudinem Dei iudicantis tanta trepidatione, ac pavore conturbatur. Quid faciet miser peccator ante faciem tanti iudicis, quando magnus Ioannes tanto timore concutitur? Quis non pavelet à supremo iudice? Quod in praesenti confirmat Richard, Victor, ait, Legimus, ait quod Esther Regem Assuerum contra basilicam suam in throno sedentem, virgam in manu tenentem, ardentibus oculis furorem pectoris indicantem contemplantem, planè exanimata fuit; in tantum, ut Rege, & Ministris ejus illam consolantibus, vix valuerit relevari. Quem in hoc loco Rex Assuerus significat, nisi Deum? Quem Esther, nisi animam? Quid basilica, nisi Divina aeternitas? Quid thronus, nisi maiestatem? Quid ardor oculorum, nisi supremi iudicis figurat terrorem? Esther intuita Regem, expavescit cecidit; & anima Deum, & districta Dei iusticia contremiscendo, coram Divina maiestate contremiscit. Expende ultima verba. Unde dicebat Sanct. Job. Quis mihi hoc tribuat, in inferno protegas, & abscondas me, donec pertransierit furor tuus. Job. 14. n. 11.

Job. 14. 627.

Quarto. Richardus de Sancto Victore: Mens humana, ait, quando perfectè ut in visibilia bona cognoscit, tanto amplius ipsa sese vilitat, & quanto sublimius Creatoris potentiam contemplant. Sylveira in Apocalypsim. Tom. 1.

platur, tanto magis apud semetipsam humiliatur. Cui ad praesentiam divina celsitudinis evocatur Ioannes, inò gnum se iudicans ante conspectum tantae maiestatis astare; humiliter se prostermit summam reverentiam, ac cultum illi deferens, & quando sublimius se erexit in contemplatione Divinitatis, tanto se humilius in ejus veneratione demittit. Ita D. Ambrosius, Pannonnus, Lyranus, & alii.

Ait Isaias 6. num. Viat Dominum sedentem super solium excelsum, & elevatum: Seraphim stabant super illud: sex ala uni, & sex ala alteri: & duabus velabant faciem ejus, & duabus velabant pedes ejus. Pagninus, ex Hebraeo sic legit: Seraphim stabant super illud sex ala erant unicuique; duabus velabant unumquisque faciem suam, & duabus valebant pedes suos. Expositione divina omnia bona manant; cur ergo Seraphim facies suas velant? Ut hoc modo tantam venerationem, ac reverentiam, erga Deum indicent, tanquam se indignos iudicantes, ut divino aspectui assisterent. D. Chrysostomus homil. 1. ad citata verba Isaias: Duabus alis velabant faciem, simul excludentia radium è throno procedentem, eò quòd non possent ferre immensam ejus gloriam, simul autem, & suam Religionem, ac reverentiam significavit.

Altius tamen inquirendum est, cur non solum faciem velant, sed etiam & pedes eodem conatu: Et duabus velabant pedes suos? Unde supernis illis spiritibus venit haec cogitatio, ut pedes congerent: Dicebantur Seraphim illi stare in circuitu throni; & ne quis suspicaretur minorem reverentiam in illis spiritibus eò quòd permittebant pedes suos firmos stare, absque eo quòd prae timore, ac reverentia caderent, ex magna reverentia venit: quòd cum homini deficiant vires deficiantque pedes, quibus possit stare in conspectu maiestatis, ut accidit hic Joanni, ac Danieli 10. n. 9. Lucebant confertim super faciem, & vultus meus habebat terrae. Et Ezechieli 2. n. 1. & 3. n. 23. Cum autem talis defectio gloriosos spiritibus accidere non possit, & aliunde cum pedes suos stantes viderent; ne quid minoris reverentiae in illis appareret, cum maximam ipsi ostentare vellent, inde pedes suos cooperiunt. Citat Chrysostomus. Cum plurimam haberent erga conditorem reverentiam, & hanc undique conantur prestare. Hanc ob causam, faciem, & pedes tegere dicuntur.

QUESTIO LXXIII.

Quare Ioannes cecidit ad pedes Christi, cum igniti essent tanquam in camino ardenti?

DE Joanne dicitur, quòd ceciderit ad pedes Christi, ut denotetur, quòd ceciderit in faciem suam in terram? Iusti, & peccatores cadunt in terram; diverso tamen modo, nam iusti in faciem suam, ut Apostoli in Transfiguratione Matth. 17. n. 6. Ceciderunt in facies suas. Abraham Genes. 17. om. 3. Cecidit in faciem. Ezechiel. 2. num. 1. Daniel. 10. u. 9. 1. Reg. 4.

Econtra vero iniqui cadunt retrorsum: Cadat ascensor eius retro, Genes 40 n. 17. & sic cecidit Heli, 1. Reg. 4. num. 18. & sic Iudæi Christum comprehendentes ceciderunt retrorsum. Joan. 8. num. 6. de quo elegantem differentiam assignat D. Gregorius Magn. hom. 9. in Ezechiellem; Omnis, ait, qui post se cadit, ibi cadit, ubi non videt; qui vero ante se cadit, ibi cadit, ubi videt: iniqui ergo, quia in invisibilibus cadunt, post se cadere dicuntur: quia ibi corruunt, ubi quid eos tunc sequatur, modo videre non possunt. Ibi vero, quia in istis visibilibus semetipsos prone dejiciunt, ut invisibilibus erigantur: quasi in faciem cadunt, quia timore compuncti i videntes humilantur. Iusti in faciem cadunt ut peccati malitiam vident, & cognoscant, quam retrorsum habent in qui, ut eam non considerent, ac recogitent illi vident, ut respiciant, hi non aspiciunt, ut in æternum damnentur, hancque latius tractavi tom. 4. in Evangel. c. 8. q. 31. & tom. 5. lib. 8. cap. 3. q. 15. ubi alias rationes circa hoc dedi.

D. Greg.

Fuit cadum in faciem, impij retrorsum.

631. D. Bernard.

Incontemplatione Divinitatis quatuor habenda.

632. Galf. id.

In specia Christi passione, ejus vestigia debemus sequi.

Ansbert.

1. Petr. 2.

633. Pannon.

Secundò D. Bernard. Senens. hic: Figuratur hic qua uor, qua uerit esse in anima contemplatione, videlicet, contemplationis limpiditas, cum videtur: cordis humilitas, quia cecidit, carnis maceratio, quia mortuus, intentionis rectitudo, quia ad pedes ejus. Ex tam preclara, & excellenti visione, in qua facies Christi resplendebat sicut sol in virtute sua, hinc dubio Joannis anima ingenti gaudio repleta est, omnis enim exuberans læticia ab illa divina facie manat, quomodo ergo, cum hæc vidisset cecidit ad pedes ejus, tanquam mortuus: Ut ex suo casu nobis fiat documentum, quod in contemplatione Divinitatis quatuor sint habenda: Putitas in contemplatione, humilitas cordis in ipsa meditatione, carnisque mortificatio, cum recta intentione ad Christi vestigia sequenda.

Tertio Galfridus Abbas tract. 34. In quo positissimum, ait, tanquam mortuus cecidit ipse, non jacuit ad pedes ejus, illos inique pedes, quo in camino ignis viderat, similes aurichalco, ut Dominica mortis imitator existeret. Vidit Joannes pedes Christi in camino ardenti, hoc est, finem vitæ ejus, in fornace ignea Passionis, Mortis Crucis ac tormentorum, & tunc cecidit ad hos pedes ignitos, tanquam ad eos tendendos, & amplectendos. hoc est, ut vestigijs Christi insisteret, ejusque exempla per Crucem & mortem sequeretur, quod totius Ecclesiæ nomine fecisse Joannem, testatur Ambrosius.

Ansbertus: Joannes, ait, hoc loco generaliter membrorum formam assumit; quod autem hoc loco sunt pedes Angeli, nisi indicia passionis ejus, signa itineris, imitationis exempla, juxta illud 1. Petr. 2. num. 21. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia ejus. Et ad hoc bene dicitur, quod ceciderit, tanquam mortuus, qui enim vestigia Christi vult imitari, debet tanquam mortuus mundo, & vitijs, ut dicam quaestione sequenti cadere.

Quarto Pannonius, posse pedem nomine, ait, mortuus vite Christi finem intelligi: & in camino ardenti fuisse dicuntur propter illustriam, que tunc prahat, amoris argumenta, juxta illud Ioan. 13. in finem dilexit eos. Valde mirabile sanè est, videt Joannes pedes Christi ignitos,

ut in fornace ardenti, & tamen non timet, nec exhorrescit, & tamen ad ipsos pedes sic ignitos, tanquam ad eos amplectendos, cadit. Cur non dicitur, quod ceciderit ante faciem ejus, sed ad pedes ejus cecidit? Vidit Joannes hic Christum d. mirabili iter suam gentem: vestitum podere; quo denotabatur ejus sanctissima humanitas; ut interpretatur Beda, Richardus de S. Victore. Præcinctum ad mammillas zona aurea: quo significabatur Divinitas, quia ipsa humanitas fuit præcincta, & maxime locupletata, ut exponit D. Dionysius Areopagita de Divinis nominibus, cap. 10. Oculos tanquam flammam innuentes gratiam qua nos illuminat, ut intelligit Rupertus, faciem fulgentem, ut sol lucet in virtute sua. Per quam splendidissimi nos divinitatis radios intelligi d. Bernard. Senens. Et capillæ candidi, tanquam lana munda, qui eus æternitatem adumbrabant, ut vult D. Ambr. & alii, & tamen Joannes non dicitur cadere ante faciem ejus, radiantem fulgoribus Divinitatis, sed ad pedes in fornace ardenti tormentorum passionis, mortis ac crucis: Ac si magis commotus est ejus amoris affectus, inspecta ipsa fornace ignea tormentorum, quam visa ipsa fulgente majestate Divinitatis: ut Christo tenerime adhereret, eique cultum & venerationem exhiberet, & ideo non dicitur, cadere ante faciem ejus, ut solem radiantem, sed ad pedes in camino ardenti, cujus flammis maxime succendebatur, ut ad illos magno conatu, ac desiderio ferretur.

Beda. Richard.

D. Dionys.

Plus allie nostrum aff. cum Christi passus, quam ipsemet ratioms Divinitate.

634. Isai. 6.

Isai. 53.

Christi de formatus in passione, plus aliter, quam ejus mo. et. su.

D. August.

Ait Isaias 6. n. 1. Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & elevatum: & ea quæ sub ipso erant, replebant templum: Seraphim stabant super illud, &c. & addit: Plena est omnis terra gloria ejus. At verò de paribulo ignominie suæ cum ageret, idem Propheta ait cap. 53. n. 2. Vidimus eum, & non erat aspectus, ita ut reputaretur ab omnibus, tanquam leprosus, & percussus à Deo: Illud tamen profundè notandum, quod cum Propheta de Domini majestate ait quod esset in solio excelso & elevato, & Seraphim, quod illi in circuitu assiderent: omnisque terra gloria ejus esset plena: nil de nostro affectu erga eum dicit: at cum ipsum introducit percussum, & vulneratum, ita ut non esset ei species, neque decor: ait de ipso: Vidimus eum, & non erat aspectus, & desideravimus eum. Quando se se ostentat in tanta majestatis gloria, non scribitur; quod aliquis eum desideret: at verò quando sine specie ac decore, tanquam leprosus, tunc à cunctis exopatur: Desideravimus eum. Ipsa deformitas ejus sine specie, ac decore fortius rapit nostrum affectum, quam speciositas ejus in splendoribus divinitatis. Unde rectè D. August. 22. de verbis polio i monet quod maximo affectu debemus, deformitatem Christi diligere, de eaque multum glorari: & ad hoc optimam subdit rationem: Deformitas Christi te format.

QUESTIO LXXIV.

Quare Joannes tanquam mortuus cecidit?

635.

Ex contemplatione rerum divinarum animi deliquimus.

636. Richard.

Quoniam respectu Dei nihil finis, tamen in desperationem salutis non veniamus.

637. Joachim.

Qui judicia Dei vult penetrare, veluti mortuus jacet, ut non vident, nec intelligat.

Ratio litteralis jam apposita est supra quaest. 71. in exordio. Joannes ex tam admirabili visione, ex voce horribili, veluti aquarum multarum, ex oculis ignitis, tanquam flamma ignis, & gladio utraque parte acuto, sententia nempe punitiva damnatorum, tanto horrore, ac pavore concussus est, ut tanquam exanimatus ceciderit: & etiam non improbabiler dici potest quod cum quis omnem animi conatum in contemplationem rerum divinarum defixit; max inferioribus illius vires quodammodo enervantur, ac deficient: calore namque vitali ad supernas functiones mentis contracto, & sanguine ad ipsum cor defluente, necessum est corpus frigidescere, vultumque pallefcere: & exinde corporis languor, ac debilitas nascitur, animique deliquium; & sic similiter accidit Joanni vehementer elevato in contemplatione divinæ visionis, cum multa anima submissione ad reverentiam exhibendam.

Respondet secundò Richardus de Sancto Victore hic: Non dicit, ait, omnino mortuus, sed, tanquam mortuus cecidit: tali namque discretione mens humana in contemplatione conditoris se librare debet, ut dum mira de invisibilibus videt, se de imperfectione sua funditus per timorem humiliet, non per desperationem precipitet; & sic pallefcit per timorem, ut nequaquam moriatur, sic humilitationis reverentiam exhibeat, ut considerentiam de salute nullatenus amittat. Joannes imperfectorum personam gerebat, ut tenet citatus Doctor, & cum elevatus esset in contemplatione supremæ, ac altissimi æ divinæ majestatis, bene conscius de sua infirmitate, ac exiguitate, cum omnes gentes illius comparatione, tanquam si nihil sint, habeantur: timore quodam reverentiam maxime humiliatus, tanquam mortuus cecidit; non enim omnino mortuus, quia licet ex illo divino aspectu multam humilitatem, ac timorem percipiat anima: non tamen debet in diffidentiam abire, sed multam spem de sua salute conopere, confisa in illa divina bonitate, quam contempletur.

Tertio Joachimus Abbas: Cadit ante pedes Christi, quasi mortuus, contemplator celestium eum agnito veritate jure, devictus à lumine, pertimescit; animadvertent, quam prævium fuerit, & impium, voluisse ante tempus, occulta judicia penetrare: cur scilicet omnipotens Deus, qui justus, & pius est, tot plerumque calamitatibus innocentes affligit? & non potius firma fide tenuisse, non posse omnino Deum facere, nisi quod justum est, nec voluisse, electos suos absque causa judicii subire disciplinam. Cur Joannes dilectus Domini discipulus, visis suo diligente Jesu, tanquam mortuus cadit; Cur viso vitæ auctore, cujus aspectu in vitam revocari poterat, sic exanimatus succumbit? Ait citatus Abbas, quod Joannes hic referebat afflictorem à Deo,

personam, de deo conquerentium cur vita iniquorum prosperatur, & bene est his, qui iniquè agunt, ut imperium, ac dominatum teneant; è contra verò julti multis calamitatibus opprimantur: Non ergo mirum, si Joannes, viso Domino, ante pedes ejus veluti mortuus corruat: qui enim judicia Domini vult penetrare, ab ejus majestate obruitur, & tanquam mortuus jacet, ut non valeat videre, nec intelligere, nec decurrere: ta ia accidit ei, qui vult judicia vult penetrare: hæc enim sunt abyssus multa.

Quarto H. d. Ambrosius. Ad pedes cecidit tanquam mortuus, quia Incarnationis mysterium, quod per pedes figuratur, se nullo modo comprehendere posse perpexerit. Joannes quasi viribus, & sensu destitutus dicitur, quod ceciderit, non ante faciem, vel oculos illius, quem intuebatur similem filio hominis, sed ante pedes illius, per pedes autem, Christi humanitas, seu Incarnationis mysterium intelligitur, quod dum Joannes illud intendit speculari, ac contemplari, tanquam mortuus corruit; denotans, nequaquam illud posse ab homine comprehendere.

Quinto Joannes, cum videt Jesum sui amoris delicias, ex cujus intuitu si mortuus esset, refuseitari poterat, dicitur quod ceciderit tanquam mortuus, non ante faciem, vel oculos ejus, sed ad pedes illius, qui toti igniti erant, sicut in camino ardenti; quid vidit in hoc Joannes cum quasi viribus destitutus corruerit; non ipse tanquam superna aquila, fixa oculorum acie stetit in cœnaculo recumbens super pedes Jesu, contemplans altissima divinitatis mysteria, ut latè differit Cardinalis Petrus Damiani, serm. 1. & 2. de Sancto Joan. Evang. Quid est, quod modò intuens hanc visionem, cecidit tanquam mortuus? In cœnaculo recumbens super pedes Jesu, vidit superna divinitatis arcana, illam nempe æternam generationem à Patre, quam in Evangelio nobis eructavit: In principio erat Verbum, &c. hic verò vidit pedes Christi ignitos in camino ardenti, excessus nempe illius amoris in fine vitæ in fornace ardenti suæ Passionis, mortis, ac crucis, & licet omnia Dei sint incomprehensibilia, & in infinitum transcendant nostrum intellectum: tamen inter illa maxime videntur, supertranscendere nostrum cœtum, excessus amoris Christi; & idè dum illos vult Joannes contemplari, ac videre, tanquam mortuus cadit, veluti carens sensu, ac impotens ad illos percipiendos, ac intelligendos Vide, tom. 5. l. 7. c. 5. q. 40.

Sexto Haymo: Bene autem, ait, non mortuus, sed tanquam mortuus, Joannes ad pedes Angeli cecidisse describitur: quia esse electi. ut redemptoris sui passiones possint imitari, quòd, & vitijs moriantur, Deo rament vivere spiritualiter comprobantur; hinc & Paulus ait ad Galat. 2. Pro ego jam non ego, vivit verò in me Christus. Similiter Ansbertus: superiori quaestione, ex multorum sententia diximus, quod Joannes ceciderit ad pedes Christi, tanquam ad sequenda, ac tenenda vestigia ejus. Cur ergo corruit, tanquam mortuus? Quomodo stare potest, quod aliquis exanimis jacens, alium sequatur; ad sequendum enim aliquid ventis virtus motiva requiritur? Rectè tamen, ut quis vestigia Dei sequatur, dicitur tanquam mortuus, quia quasi mortuus, imò & totaliter mortuus, debet esse vitijs,

638. D. Ambr.

Incarnationis mysteria in se incommensurable à nostro intellectu.

639.

Damianus, Ioan. 1.

Excessus amoris Divini, inter omnia mysteria maxime transcendit nostrum intellectum.

640. Haymo.

Qui Christi vestigia sequitur, ut cum ipso, vivat mortuus sic mandis.